

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Enchiridion Erasmi Roterodami Germani De Milite  
Christiano**

**Erasmus, Desiderius**

**Lypsi, 1516**

**VD16 E 2746**

Reverendo Ac Nobili Domini, D, Ernesto de Schleynitz, Sanct[a]e  
Pragen[si]. & Ingenu[a]e Misnen[si]. Ecclesiarum Praeposito dignissimo,  
Hieronymus Emser se co[m]mendat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33324**

REVERENDO AC NOBILI DOMINO, D.  
Ernesto de Schleynitz, Sancte Pragae, & In  
genue Misnei, Ecclesiarum Praeposito  
dignissimo, Hieronymus Emser  
se commendat.

m

Erebat iampridem, tam paterna erga me beneficentia, q̄ tua ipsius virtus ac dignitas, Ernesto nobilissime, quatenus meā erga vtrūq; obseruantia, publico aliq; Ingenij mūere declarasse. Verē cum timerem Magnificentia tutam politioribus olim studijs Bononię sub Philippo ac Camillo praeceptorib; pulcherrime institutam, meis me potius ineptis offenditū q̄ oblectaturū, Atq; aliquādiū in eodē, vt aiunt, luto hesitasse. Opportune tandem in manus venit Erasmi Roterodami Germani de milite Christiano Enchiridion, omnib; numeris modisq; absolutum. Ita em̄ totius Christianissimi rationē, in vna adegit summam, vt quicquid ei⁹ rei, tam apud singulos ethnicos, q̄ ecclesiasticos scriptores, immenso prius voluminū pessago, hinc inde diffusum continebat, breui hic noster dogmate, & uno (vt aiunt) fasce cōplexus sit. Instruit autē Christianus miles, qua nam arte, quibusve tēlis, cum hoste, cominus, armisq; pugnandū, & noua quādam pponunt stratagemata, vniuersaq; rei militaris disciplina tanq; in tabula depingitur, non ea tamen quā Flavius, Aelianus, Frontinus, Curtius, aut Xenophon tradiderūt. Sed qualem ille suis reliquit auctoris, qui dixit, Estote fortes in bello, & pugnate cū antiquo serpente, & accipietis regnū aeternum. Cum autē idem libellus & etati tuae & personae (qui posthabita principum aula in qua facile atq; hereditaria quadam vicissitudine primus esse poteras, vni Christo te deuouisti) ita quadret, ita conueniat ac si ab Erasmo ipso nūcupatim nominis tuo suissler adscriptus. Iccirco ego eundem eum plerisq; locis, quibus Calcographorū scaebat erroribus restitutū, nouocq; Indice, & reconditiorū rerū annotatiūcula (pter cōmūnē legentiū fauorem) elucidatum.

Magnificentę tūc optimo iure dedico, quaten⁹, te veluti ducē  
Impatoreq; exercitus, reliqua Tyronū turma, & gregarius  
quicq; miles, veram Christianae militiae disciplinā auspcentur,  
tibiq; ac parenti tuo nobilissimo acceptū referant, si quid me⁹  
in hoc labor aut industria illis profuerit. Tuā humanitatis erit  
& Erasmū comiter admittere, & ad præcepta ipsius animum  
intendere. Ita enim Christo, cui te semel dedisti, vehementer  
placebis, fœliciter Vale ex arce tua Honsteyn, pridie Kalen⁹  
Septēbris. Anno eiusdem Millesimo quingentesimo decimo  
quinto.

¶ Ad eundem.

Sēpe tuas volui numeris includere laudes.  
Nec numeros patitur, nec tua fama modū  
Nam genus ut taceam, titulis in signe Baronū,  
Vt sint maiorum fortia facta nihil,  
Vt taceā patrijs plenū virtutibus orbem,  
Tecq; tuo ipsius metias ingenio,  
Ipse bonas artes doctus, Sacramq; Mineruā.  
Idem tergeminō doctus es aeloquio,  
E quibus Aufoniæ maior tibi gratia linguaæ,  
Plurima dicendi copia, mixta sale,  
Nec probitas gemina deest, pietasq; decorum,  
Vtq; uno referam carmine cuncta breui.  
Filius ut sapiens, honor es, patris sapientis,  
Ore refers Iuuenem, more animoq; senem,  
τελος

¶ Ade eundem.

Sunt quibus est celsi studiū, & pius ardor olympi,  
Sed velut amusis non sapit iste liber,  
Sunt quibus est locuples rerum doctrina; sed illis  
Tancq; indeutotis non sapit iste liber,  
At tibi patrono pariter doctoq; pioq;  
Dispercam, si non mel sapit iste liber,  
τελος

A ij